

Soluta vinculis, polo  
Potitur, hinc ad optimi  
Christi euolans praesentiam.

Non illa Martis amplius,  
Nec illa Mortis amplius,  
Nec carnis huius amplius,  
Nec orbis huius amplius,  
Nec illa Ditis amplius,  
Nec hostis ullius metu  
Turbatur illic; nec maris  
Iactatur exsul fluctibus:  
Portum sed illa candida  
Tranquillitatis, & mera  
Iucunditatis, & mera  
Securitatis & mera  
Suauitatis, & mera  
Festiuitatis & mera  
Solemnitatis, & mera  
Amoenitatis, & mera  
Felicитatis & mera  
Æternitatis, obtinet.  
Consortioq; coelitem  
Recepta, cuius inclytæ  
Sionis est, uberrimis  
Beatitatis optimæ  
Inebriata fontibus.  
Omnisq; pulchritudinis,  
Et omnis elegantia  
Opes abundè possidet.

Tenempe, Christe, maximi

L 5

Natum